



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Capvt V. De cultu & veneratione huic sanctissimo Sacramento exhibenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

R E M I S S I O N E S.

**C**oncordat text. in cap. Panis, de consecrat. distinct. 2. ca. Cum Martha, de celebrat. Missar. Vide P. Henrig. in sum. p. 2. li. 8. c. 22. P. Vasquez in 3. p. D. Thom. 10. 3. q. 75. disp. 181. P. Aegid. de Sacram. q. 75. n. 49. cum seqq. & à nu. 171. tom. 1. P. Valer. Reginald. in præf. fori penit. li. 29. à nu. 34. P. Valent. tom. 4. disp. 6. qu. 3. 4. & 5. P. Soar. tom. 3. q. 58. Petr. Ledes. in sum. p. 1. tract. de Eucharist. cap. 6. concl. 1. cum seqq.

C A P V T . V.

*De cultu & veneratione huic sanctissimo Sacramento exhibenda.*

**N**ihil itaque dubitandi locus relinquitur, a quin <sup>a infr. can. 6.</sup> omnes Christi fideles pro more in Catholica Ecclesia semper recepto, **latræ cultum**, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant. neque enim idè minus est adorandum, quod fuerit à Christo Domino, ut sumatur, institutum. nam illum eundem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater <sup>b Psal. 98.</sup> eternus introducēs in orbem terrarum, dicit: <sup>c Heb. 1.</sup> Et adorient <sup>d Matth. 28.</sup> cum omnes Angeli Dei: quem Magi procidentes adorauerunt; <sup>e Matt. 28.</sup> quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse, Scriptura testatur. Declarat præterea sancta Synodus, piè & religiosè admodum in Dei Ecclesiā dinductum fuisse hunc morem, ut singulis annis <sup>f</sup> y peculiari quodā & festo die præcelsum hoc & venerabile Sa- <sup>g</sup> cramētum singulare veneratione ac solemnitate celebra- <sup>h</sup> retur, et <sup>i</sup> via, in Procesionibus reuerenter & honorificè illud <sup>j</sup> per vias & loca publica circumferretur. Æquissimum est <sup>k</sup> enim, sacros aliquos staturos esse dies, cum Christiani omnes singulari ac rara quadam significatione gratos & memores testentur animos erga communem Dominum f & Redemptorem pro tam ineffabili & planè diuino be- <sup>l</sup> neficio, quo mortis eius victoria & triumphus repræsen- <sup>m</sup> tatur. Atque sic quidem oportuit vietricem veritatem de

H 5

men-



122 Concil. Trid. cum Declarat. & Remiss.  
mendacio & hæresi triumphum agere; vt eius aduersari  
in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersitate Eccle-  
siae lætitia positi, vel debilitati & fracti tabescant, vel pu-  
dore affecti & confusi aliquando resipiscant.

## DECLARATIONES.

1. *Vtq; in processionibus reverenter.* ] Magis decet, vt solemnitas Ve-  
nerabilis Sacramenti celebretur in Cathedrali Ecclesia, quam in a-  
lia, ex eaq; sumi Sanctissimum Sacramentum, & in processione per  
vias publicas circumferri, & ad eandem Ecclesiam referri, totiusque  
rei agenda auctoritas penes Capitulum sit.

## REMISSIONES.

\*Vide P. Aegid. de Conink de Sacr. & censuris q. 73. n. 15. & qu. 75  
num. 85. P. Soar. tom. 3. disp. 35. P. Valer. Reginald. in praxi so-  
pœn. li. 2. 9. n. 37. in fin.

β *Latria cultu, qui vero Deo debetur.* ] Vide Report. Inquisit. verbo  
Latria, Azeued. ad l. 2. n. 14. tit. 1. li. 1. nouz Recopil.

γ *Peculiariter quodam, & festo die.* ] Concordat. ex. in Clem. ynic. II  
Rcliquijs, & venerat. Sanctor.

## CAPUT VI.

a inf. can. 7.  
e sanc. de ca-  
libr. mis. c. 1.  
de custo. Eu-  
char. c.  
Prebyster. de  
e s. dist. 2.  
o i. Nicæni  
forte. 14.  
p Conc. Rhos-  
men. c. 2.  
Conc. Lat.  
sub inn. 3. ca.  
26. c. præf.  
te 93. dist.  
d. Anagn. c. 6  
i. Ni. an. c. 12  
Carth. 4. c.  
77. 78. Aga-  
thone. 13.  
&c.

α β γ **C**onsuetudo afferuandi in Sacrario sanctam  
Eucharistiam, adeò antiqua est, vt eam sac-  
rum etiam b Nicæni Concilij agnouerit. Porro deferriri  
sacram Eucharistiam ad infirmos, & hunc vsum dile-  
genter in Ecclesijs conseruari, præterquam quod cum  
summa æquitate & ratione coniunctum est, tum mulci-  
in c Concilijs præceptum inuenitur, & vetustissimo Ce-  
tholicæ d Ecclesiæ more est obseruatum. Quare sancta  
hæc Synodus retinendum omnino saluta-  
rem hunc & necessarium mo-  
rem statuit,

REMISS.